



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XVI. Peccator, ob vitiosum corpus malique habitus, miser est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

giat igitur fornicationem, D. Pauli 1. Cor. 6. 18.
consilio, fugiat serpentis acu-
leum, basilisci venenum, viperæ
morsum, stellionis ictum.

CAPVT XVI.

*Peccator, ob vitiosum corpus, malique
habitus, miser est.*

DVabus omnino partib. ho-
mo à Deo conditus atq; ef-
formatus est, anima scilicet &
corpore: De animæ miserijs ha-
ctenus egimus, sequitur vt & de
corporis quoq; infelicitate dis-
seramus. Et quando duplicis ge-
neris illa est, vel corporis in se cõ-
siderati, vel vt ad animã refertur,
de priori hoc, de posteriori se-
quæti capite disputabimus. Cor-
pus in pruritu primùm carnis, &
feruore libidinis, ex semine spur-
cissimo, in putido matris vtero
cõcipitur. In eo deinde, ceu car-

H 3 cere;

cere, captivum, dum formetur
 novem circiter mēſibus detinetur,
 mēſtruoq; ſanguine deteſta-
 bili nutritur. Trabea poſtmodum
 ſanguinolenta opertum, in op-
 ſtatuſq; ſui miſeriā miſerabiliter
 lamentans ac deplorans, ſummo
 matris periculo & dolore naſci-
 tur, & miſerum ceu vermis pro-
 reptit, & ad laborē, ad dolorē, ad
 timorē, ad mortē, quaſi abortivum
 abijcitur. Natum à cruore, quo
 madet, & à ſordibus, quib; obru-
 tum eſt, purgatur, faſcijs vincitur,
 in cunis tam imbecillum collocatur,
 vt ſi aliena ope & præſidio deſi-
 tuatur, neceſſario illi miſerè in-
 feliciterq; pereundum ſit. Poſt
 hæc prima roboris illius ſpes
 primumq; tēpus, quadrupedi ſi-
 mile facit; tum rectè, tardè ta-
 mē, & periculoſè incedere, bal-
 butireq; incipit. Inde miſeriarū
 gurges, infinitaq; erumnarum, &
 malo-

malor
 centa
 nitæ d
 licituc
 Ex inf
 ſum, p
 tæq; d
 illud c
 puber
 multa
 etiā m
 ctiorē
 Etetur
 tijs, q
 quot
 brevit
 mæ d
 meri f
 nus ai
 cūven
 filicer
 ſentir
 nes v
 exon

malorum lerna illud excipit, sexcenta pericula circūsepiunt, infinitæ demū curæ, molestiæ ac sollicitudines, affligunt, cōficiunt. Ex infātia verò & pūeritia egressum, p̄ innumera, incōmoda vitæq; discrimina, quæ in tenerum illud corpusculum incurrunt, ad pubertatem; hinc porro, peræq; multa & magna, & sæpenumero etiā maiora naufragia, ad prouectiore ætatem euectum, quot iactetur intēperijs, & intemperatijs, quot circūferatur fluctibus, quot morbis iactetur, facile ac breuiter explicari nequit. Extremæ demum ætatis morbi, innumeri sunt, *multaq;*, vt poeta bonus ait, *senem, corporis ratione, circumueniunt incōmoda.* Quid multa? silicernium miserum homo est, sentina senectus, in quam omnes vniuersæ ætatis suæ sordes exonerantur. Ad extremū, mors

sequitur, fera pessima hominem
deuorans. Corpus exanime do-
mi, & in sepulchro malè tracta-
tur. Miser ergo homo est corpo-
ris ratione, & audet tamen in
Deum inuehi. O prauitas pec-
cati mortiferi!

CAPVT XVII.

*Corpus aggrauat animam, adeoq; ho-
mo, ex ea parte, miser est &
ignobilis.*

cap. 9. 15.

Asserit id sapiens; aggrauat
autem animam corpus vari-
is modis, includit enim eam in
se, ceu carcerē quendam, mem-
brisque suis, velut compedibus
& vinculis constringit; Ac cum
ex luto corpus sit factum, ei il-
lam demergit, sicque ratione
quadam ignobilem reddit, &
vilem. Rursum cum anima his
compagibus corporis inclusa
sit, & consequenter coniuncta
cum